#6

Tentamen Medicum inaugurale

De Febre

Auctore Nicolao Marmion


Virginiensi

31 Mar^t

Passed March 1st. 1825

Febris est morbus tantum nimis notus, saltem, quantum licet ab effectibus naturam ejus cognoscere. Jam variæ sunt malæ corporis habitudines, quæ valde eam simulant, ut quisque, cui sortitò obvenit portio ulla ægritudinum humanarum, haud ægrè eam agnoscat. Sed tametsi notescant mala hujusce morbi, auctor eorum nunquam in judicio sistere adactus est, quo sensibus examinatus, vel funditus deleatur, aut prospere vitetur. Timendum est, causam febris et essentiam semper celatas noctis tenebris perpetua mansu-

ras esse; nam quodcunque dictum sit vel scrip-
tum de his, in dubium vocare, multum a scep-
tica abest. Perspicientia cujusvis haudquaquam
desperanda est, sed quidem, quantum nescimus,
noscere, nos haud parum progressos esse pro-
baret. Huc usque tantum Socrates modestiæ
pervenisse sibi arrogavit. Si vir saucius,
qui partem sectam in integrum restitui
viderit, causam invenire volens, chirurgi-
cum percontaretur, qui hoc ita fiat, et, inflam-
mationem adhæsivam effecisse id, responsum
acciperet; nonne stuperet chirurgicum min-
ime se ipso scientiorem invenisse. Veritus,
ne importunus videretur, sciscitando quidem
absisteret, præ se ferens, factus esse de hac re
certior, per ea audita, quæ jam antea sen-
suum usus notissima reddiderat — scilicet
ex sensu aliquo quasi igneo, atque videndo
partes nuper sejunctas re vera nunc coalescere.



De causa febris

Miasmati aerio nihilo cito (ut nos opinamur) "sedes in locis nomenque negabuntur. Fines actionis protulisse fertur, a paludibus usque ad montes, neque hic quidem solum habitare volens, vallibus campisque nunc offenditur.

Quandoquidem nobis non est in animo, alibi Miasma tractare, forsan liceat, hic pauca de hac re commemorare. Controversias medicorum, qui tunc temporis disceptabant, utrum lini cannabisque putrescentium noxia essent effluvia, an non, fertur Lancisius diremisse, concedendo "nihil obesse lini macerationi in aquis fluentibus" et "contra, vero ejusmodi macerationem pestilentem esse constat, ubi palustres desident aquæ ventique silent". Si auctor supradictus in oculo Hiberniam habuisset, alia ratione, sine dubio litem tollere molitus esset; dum hac in regione multum lini eductum videret, totum fere in



"aquis" non "fluentibus" macerari, aerem calidissimâ in anni tempestate, ejus effluviis esse refertum, linum adhuc madidum, feminis mercede, humi insterni, tamenque his mulieribus ipsis, quae, compluribus diebus continuis, sic exercentur, febrem intermittentem, solum nomine, notam esse

An febres sunt omnes Symptomaticae?

Nunc, ex proposito, quam paucissimis absolvemus, quae nobis videntur de re multum agitatâ, an sint febres ~~p~~ recte dictae idiopathicae, necne; huc que etiam accedet contemplatio causae ac utilitatis quorundam ejus phenomenôn

Causam ab effectu discernere, haud semper perfacile est; sed quando nobis

res est cum corpore humano, quæ impedimenta indagationum vestibulo in ipso nostrarum, nonne inextricabiles talis labyrinthi ambages præbent! dolose ad originem ducentibus fere omnibus febris phænomenis.

Multa sunt hujus morbi signa, pathognomonica habita, sed, tamen, adeo incerta, ut ne unum quidem nominari possit, quod, morbo huicce, semper adest.

Symptomata sunt solita, horror gelidus, calor auctus, pulsus frequens, visque functionum animalium aliquanto minuta. Si conferatur horum primum, iis quæ phlogosin indicant, inflammationem etiam nunc esse præsentem, saltem dubitabitur. Cieri in corpore, causis quæ impressionem primo localem fecerant, motus febriles, haud sane negandum est; tamen febribus esse omnibus punctum saliens non est idcirco

?

cogitandum. Fordyce perhibet, febrem esse morbum totius systematis, huc que recte accedat quod Hippocrates eadem de machina dixit εμοι δοκεει αρχη μεν ουν ουδεμια ειναι του σωματος, αλλα παντα ομοιως αρχη και παντα τηλευτη κυκλου γαρ γραφεντος αρχη ουχ ευρεθη και των νωσηματων επι παντος ομοιως του σωματος.

Punctum liberum quærit incassum anatomicus, a quo justius oriantur demonstrationes nam ossa ipsa quæ natura physica partibus cæteris ita distant, negligi noluntnervos et vascula sanguini ac absorptioni dicata, quorum æque ac corpus reliquum partem obtinent. Haud impar erit labor (certe ut nobis videtur) monstrare, ubi loci primo contendit hic anarchiæ confusionisque amator, ordinem omnem consensumque miscere, atque ex afflicta horum conditione cadu

cum turbæ regnum excitare. Ne moneret, non iritat, primo penitus impetu fretus, haud repugnantiæ quæ sit superanda inscius, sinæ ac paturiunt ejus consilia. Febrem intermittentem, utpote maxime simplicem, perpendamus, dumque symptomata varia notemus, ut hæc fiant dicere conemur. Febri intermittenti, ita ut aliis habitus morbis superesse nihil ait Hamilton vestigii, quo dissector naturam sedemve cognoscere possit. "Statum hunc" (febris) inquit Armstrong "bifariam adduci posse, vix quodam impetu generali, sanguine venoso introrsum refluente & secundò, nonnullo morbo locali, aut iritatione et denique accendi potest febris stimulo aliquo, qui, ab nervis primo affectis, cordeque exinde, pulsum temperiemque præter naturam auget". Rationibus primâ & ultimâ febres quas Idiopathicas, secunda

verò, quas symptomaticas habemus, excitantur. Quam brevissime pate faciemus quod nos fert negare, vel phlogosin, aut irritationem, signumve utrius ullum, febri praire, ac inter hanc rem agendam, potius quodammodo varias aliorum rationes conferre, quam nostras erigere eniti volumus.

Stadio gelido presente, primò debilior lentiorque pulsus est. Supervacuum ~~habemu~~ habemus dicere, nullum phlogosis signum hìc esse, nec utrumvis supra-phenomenôn inflammationem sequi. Pulsatione ex hac depressâ procedit languor quem corpus totum sentit. Adhuc est nihil quod excitationem indicet. Subinde sequitur tota cohors symptomatum vitalitatis interna petentis, quò in unum conflata, id cui magis diffusa succumbere necesse est, sustinere queat; vix inquie-

tudo, oscitatio, pandiculatio, torpor, stupor, auditus visusque ægerimi. Quam sibi ipsis dissideant hæc symptomata, atque ea quæ verbum ipsum inflammatio ejus comites esse prædicat. Tentemus nunc pro positione adversa horum morbi indiciorum rationem reddere. Vicem, vel functionem pulmonum, seu respirationem, ab genere nervoso indirecte pendere, constat; nec minus liquet, sanguinem ita immutatum vitæ servandæ solum esse idoneum: Si igitur Bichat concedatur, ut tali sanguine opus sit presente, quod salubres partes cujuslibet actiones progrediantur, ac liquorem sanguineum non modo partium omnium jacturam reponere, vero iis etiam vitæ stimulum, quem scire nobis non datur, inferre, qui corpus totum uno ictu turbetur, et febris ilico evadat partium simul omnium morbus, cernere

haud labor erit. Modi duo in quibus causa agit, hoc tantum distant, quia in illo nervis respirationi dedititis, in hoc, verò, organo circulationis centrali ingruit. Causas totius vicissitudinis breviter exponemus, et quia "impetum generalem, et sanguinem externa fugientem praetermittemus; aliam a simili modo agendi nobis quaerendum est.

De vicissitudine Febis

Quantum nervi afficiunt salubrem accommodationem sanguinis varias ad corporis necessitates, exempli gratia, secretionem, nutritionem ab omnibus (credimus) cognitum est. Si, igitur, spiritus, quem quisquam ducit quantulumcunque ab usitatâ proportionis normâ aberrat, sanitati certe nocendum est, dum delinquat, affinitate amota,

abstrahere, et amovere, id quod sanguis ejice-
re solitus erat - aut fortasse propterea quod
per vaporem ei impertitum reddiderit
sanguinem sic immistum sanae actionis
sustinendae non capacem. Si cor primò
mutationem sentit, motus magis celeres
tardioresve (prout affectum sit) e vestigio
eam ostendunt. Sed si post universam
secretionum, &c. conturbationem, cor utpote
pars corporis implicetur, longius spatium
semper intercedit inter causam toleratam,
et febrim ineuntem, quae, etsi effectus, ta-
men ei, intervallis non determinatis, suc
cedit. Immutato liquore vitali, cujus a
stimulo proprio genus actionis, quodcunque
sit, pendet, mutatio simul cum sanguine
confestim omnia occupabit. Ita igitur in-
telligere proclive est, ut hae vires adversae
se invicem irritas reddere laborabunt.

utque, si vis vitalis magis valeat, processus
circulatorius, aliique omnes, quibus vita
proxime innititur, saltem impediantur
naturaque labans dirum interitum fa-
teri cogatur. Ita aperitur nobis indicium
maxime insigne intermittentis, nempe sta-
dium gelidum; etiamque hinc quamobrem
mors in tempus istud ut plurimum inci-
dit. Omnes, qui per tempestatem horro-
res fata evitant, viribus causa morbi haud
æque ac salutis pollentibus, fugam certe de-
bent. Si actio invadens, salutis, sit par, hæc-
ve illâ debilior, exitus congressu primo vita
prabetur. Hanc sententiam haud esse nul-
lis nixam rationibus, constat ab phæno-
menis hujus morbi, externa facie, vel re
ipsa, abscuris, quæ explicat, exempli gra-
tia, stadium gelidum exiens excipiunt
calores abnormes, algores, itemque sangui-

nis totam ad corporis superficiem fluxus nunc certamen non diutius anceps, haud subito deseri tur, sed breve post spatium, quod calor actio ne salubri ortus, indicat subinde redintegra tur, catenus turbator in presentia devictus om nino quieverit. Certatur de novo, quo tempore vires cum morando acquisita, tum etiam mo tu corporis nuper excito, qui, semper, sed lente, procedit, morbo dant spem prosperi eventus.

Nobis hanc sententiam non esse propriam ex operibus auctoris celeberrimi patet. Jackson qui nec ex medici pagina neque proceptis si bi ineunte etate traditis, sape haud delendis, sed, his negatis, ex natura libro raro fallente, hunc morbum rescivit, hujuscemodi scribit. "Tertiana duplex, sive duplicata, quocunque nomine licet appellare, duobus morbi modis qui ex discretis si milis causae impressionibus, separati, et sibi haud invicem subjecti, vices peragunt, constare

dicatur". Causam hujus rei ad alia quam principia supradicta explicare nobis videtur haud facile. Si exsurgat febris impresso a puncto, irritato, aut inflammato, quod deinceps partes alias mutuo affectu implicat; qui morborum duorum simul existentium rationem reddere? Impressio, irritatio, aut inflammatio, manet, nonque cessat et frustra quidem diceretur, corpus motu acto in presentia confectum, Συνψυχιαν recusare; nam si ita esset, impressioni valentiori, facultate reddita responderi multo magis colligeremus. Praeterea neminem latet, corpus ex malo rei levis nunquam mutuo affectui subjici, dum graviora perfert. Impedimentum tale explicationi nostrae non obstat, quia actio creata a primo impetu nervis illato, intermittit systema que, igitur, actioni partis alterius "duplicata" reprimenda vacat.

Hactenus spectavimus tantum signa vitae

?

litatis ~~signa vitalitatis~~ minuta (videndi gratia) frigiditatis superficiei, sanguinis ex vasculis capillaribus externis recedentis, et aliorum quæ jam antea recensuimus.

De Horrore

Phænomenon quod nunc se offert magis difficiles explicatus habet, rigorem aut horrorem intelligo. Cui rei inserviunt multa, quæ administratio quum corporis humani tum etiam universi terrarum orbis edit sæpe satis patet etsi qua ratione effecta sint nobis ne conjicere quidem licet. Hujusmodi sunt gravitas minor specifica aquæ concretæ quam solutæ, musculorum vitæ organicæ sine voluntatis consensu contractiones. His recte annectatur rigor aut horror in febre, quum hic et alter digitum quoque consilii omni in naturâ animatâ et inanimâ

monstrat. Sed, quamvis causarum notitiam secundarum frustra affectaremus, haud nefas esse videtur, quem felicitanti usum hic motus affert, utque creetur, conjicere. Et primo de horrore per gradum gelidum.

Deficiente oraculo cui facilior aditus pateat, vim conservatricem naturæ nos consulere oportet, atque ab hoc amico semper instanti ac fideli vitæ animalis atque organicæ discere, cur hos motus instituat, id, quod ejus fidem in suspicionem ducere posset atque eam reddat suspectam, morbi causam juvandi, quo leves habenæ quibus fabrica perturbata vitam fugacem retinere luctatur, disrumpantur.

Sanguine vi nunc multo minore propulso, atque ideo in visceribus internis accumulato, cordi auxilio aliunde opus est, quo, utpote impeditum, ut nunc est, et onere non solito oppress

sum vicibus diutius fungatur. In hoc plerumque astat ei hæc concussio corporis mechanica, qua aut ingredi prohibet, vel e diverticulis, quo recesserat, fluentum ejicit, quod vel hic manendo, vel cursum usitatum descendo æque saluti nocet. Consilium esse naturæ, horrore movendo, huic malo obviam ire, haud (putamus) negabitur iis qui tempus, quo incipit, perpenderint. Præterea a debilitate, palam est, haud exoritur, quoniam sæpe sinit macies extrema, tenue membrum genamque pallidam lento gradu sed non agitato ad sepulchrum hospitale accedere.

Sensum frigus solum non sufficit, quoniam congelatum cadaver haud magis quiescit quam sæpe ante oculos somno lethifero occlusos. Neque inflammationi ortum debet. Si sæpe ingentes subitosque nervis impetus subsequatur, hic etiam, sicut in fe-

bre intermittente a nova actione constitutâ enascitur, quæ aliquando naturali par, vel fortassè à potention habitum imbecillem qui aggressionem primam tolerare nequit, morte extinguit. Omnibus ex his est colligere (opinamur) Horrorem nunquam esse, nisi ubi adsunt actiones adversariæ; ac vim medicatricem naturæ, sanguine ita propellendo, officio conservatricis fungi, donec (confecta luctatione) calor auctus actionem salubrem magis pollere demonstrat.

Rigores, qui, abscessibus, dum in pulmonibus vel alibi se formant, perraro absunt, quantum sibi inest, normam constituunt. Horroris levitas in ratione directa spatii exigui actionis novæ semper est - id, quod bene operæ eorum pretium est animadvertere, qui impressionem localem propugnant. Hanc rem non mittere possumus

2

quum pauca in "Broussais sur les phlegmasies chroniques" citemus. verba ipsius iterabimus. Lictori, febre intermittente bene notatâ ægroto, prescripta sunt Tonica ac stimulantia (remedia) quæ, intestinorum malorum ergo, morbum multo pejorem exsuscitaverunt; tamen quia hic nisi post mortem latebat, febrisque interea loci haud accedebat M Broussais ait "j'etais arrivé à ce point si desiré, en deux mois et demi du traitement le plus actif, et je me felicitais de ma constance: mais tout à coup retour des acces quotidiens sans frissons legère toux, coliques et derangement des excretions alvinés". Hic ipsis invitis animadvertendum est, etiamsi "les acces" redirent, horrorem abesse ("sans frissons"), atque indissolubilem inter se necnon hujus rigoris sanguinisque intima petentis cum nulla extra vel intra irritatio actioni vitali opitu-

letur. Huccine accedat, ut post mortem examinationes ostenderint, nullum hic fuisse Pus elaboratum per cujus processus actionem novam vita horroris opibus usus fuisset, cavis sanguine mero, et quæ hunc constituunt, sero lymphaque, repletis. Exemplum aliud has consecutiones confirmans auctoris ex ejusdem scriptis excerpemus.

Miles Gallicus, qui, per triginta dies et novem, febre quotidiana æger fuerat, antequam M Broussais curæ mandatus fuit, adhuc propter irritabilitatem ubique æquam morbo locali carebat obnoxius semper per accessum "à un froid convulsif fort long et fort vif accompagné de beaucoup de tremblement" fruens "la pyrexie complète". Sed per medicam disciplinam et Tonica adhibita, hâc rerum conditione permutatâ, morbus localis gignitur, et rigor, sicut antea,

cedit. Rebus antiphlogisticis laesio localis evanescit, ægerque missionem adipiscitur; sed non ita multo post revertitur et (ut ait auctor supra) "Il fut saisi d'un violent frisson suivi d'une chaleur très developpée".
Suppressa potius ac deleta, in præsentia subacta, quam in perpetuum devicta, huic viro febris est excunti, qui, non diutius medico coercitus, ventri obedit, atque visceri, quod, æque ac partes cæteræ, nupera ægritudine diutina adhuc languidum est, onus haud impune ferendum ingerit. Ita morbus vires acquirit, vel quod eodem redit, vim vitæ minuit, atque ita paroxysmos usitatos reducit. Circulatio iterum quodam modo horrore sustentatur, dum hosti experrecto vis medicatrix resistendo occupatur.

De stadio calido

Explicatis ita præcise rationibus nostris pro ea qua nobis gradus gelidi phænomenique pene nunquam non eum comitantis causa esse videtur, in medium proferemus, unde forsan oriantur calores sudoresque; præter mittentes symptomata casu accidentia quorum genus et frequentia permultum rebus reguntur, ideoque minus iis supra-dictis constanter occurrunt.

Natura, in speciem, fallere pertinax qui-cunque acie profana eam operantem curi-osius rimetur machinis ejus velamen oculo hominis haud pervium obtendit atque eò nos vel in imperitia manere, aut a per-actis ejus muneribus leges suas ediscere co-git. Per analogiam solum aut compara-tionem ejus operas, bonaque inde orientia, as-sequi possumus. Quam hoc necesse sit in quo de stadio gelido disservimus facile

apparebit, atque cognitio exinde quam min-
ima, nos passibus verecundis sequi eam
incitabit. Languor, lassitudo, viresque de-
ficientes, quæ vespere excitationi diei æstivi
semper supervenient sunt documenta nota
vis vitalis largis sudoribus minuta. Certe
hæc exinanitio, sed nequaquam excitatio pro-
pria, cui actio superficiei in salute nunquam
non vel moderatur aut obstat, sensa supra
recensita parit. Si itaque verum sit, ut
profusâ perspiratione, vita detrahatur, haud
minus versâ vice concedendum; aut actionem
salubrem nunc accrescere (causâ morbi in-
termittente) ab solita diminutionis viâ, vi
paroxysmi pervicace, clausâ. Nec vascula
cutis exhalantia adhuc motum de pelle
febrilem ineunt; nam sthenici habitus par-
ticipibus, atque magis quam de more irri-
tabilibus, illis, fluidoque consueto, non amplius

inter se relatio est atque ita incluso humore cuticulari et tonicitate aucta, repulso, febris, onere novo vitalitatis haud emisso, adhuc ardet. Res se habent ita longius vel brevius, pro vi accumulata, pro gradu calido una ecardescente, pro morbo locali absente aliis-que minime memorandis, donec corpore toto sicut et torrente sanguineo, rapidis ac violentis circuitibus, defessis simul omnibus irritabilitas depressa fit, cutisque fluida, quæ recens ejus excitabilitas inclusit nunc cito emittit. Eâdem ratione agit aqua gelida inter febrim affusa. Cur corpus diffluat sudore dicere superesset.

De reditu febris.

Descriptis sic breviter tota vicissitudine, phænomenisque maxime insignibus, quæ

nobis sub oculos veniunt, ab accessu usque ad febrim sudore, aliquâve aliâ detractione vicariâ depulsam, nobis proxime quaerendum est causam reditus quem raro quivis evitat. Vis insita corporis ipsi absque auxilio, fere cum morbo iterum certare solet.
Febris, de novo, impetum facit atque pro ratione accessuum spe fruitur sub dominationem sui habitum mittendi. Videamus si quae fuint auctoritate sua propositionem sustentent.
Deducunt nomina febres intermittentes ab accessuum intervallis succedentium, atque hinc quotidiana, tertiana, quartana etc appellantur; prout accessus proximus fuerit post horas quatuor et viginti octo et quadraginta vel septuaginta duas. At unà cum his nosologicorum scriptis insunt tot nomina, quae nobis moveant misericordiam ~~erga eos~~, qui conantur mala cohibere quae ullas leges sibi factas negant. Hi va-

ni-labores plene nos arguunt, nullo non tempore de die febrium revenire. Hac res nostris principiis congruit. Quartanæ minus, quotidianis se medicorum disciplinæ subjiciunt, hæque porro tertianis. Curatio quotidianæ difficilis tonicis haud per Apyrexiam satis prolatam interponendis attribuitur; atque Quartanæ, quia in viscerum morbos fere evadit. Quamobrem Tertiana me dela minus repugnat, magis apparet et quandoquidem causa pene patet, haud pluribus opus erit verbis. Cum non intersit spatium plus viginti horarum et quatuor, constat non solum morbum esse acrem, sed etiam ejus actionem parum abesse quin salutis æquivaleat, atque hinc libramen vis in salutem paruumper pendens cito restitui quæ res turbas quas modo tractavimus ab integro commovet. Quartanæ ex altera parte (species rarius primaria, sed quæ aliquam aliam plerumque

excipit) per quietem longam, pro se ferunt actiones contrarias litem dirimi velle. Exinde sunt graves mutationes habitus his qui diu febre intermittente laborârunt. Decessionem ex his promissis habemus, temperamentum, in quodcunque febris abeat, semper immutari, et, quantopere, semper, a mora quam vel natura aut ars morbo grassanti attulerit, temperari. Agit compromissum hoc solum, aegritudinem periodicam nisi cum vita cursum ejus finire. Jackson nobiscum sentire certe patefit, in quo scribit de "mutatione ab aliâ ad speciem aliam" actionis febrilis hoc est" effectum semper monstrari posse admittendo et intuendo ~~mutationem~~ quae temperamento ingenito acciderit. Novam crasin, ex actionibus duabus saepe dictis, orientem, solam febrim sedare, sustinetur re quam pauci nesciunt, scilicet eos quorum temperamenta per mue-

tum temporis Miasmaticis in regionibus actum, impressa sint postea degentes sub aethere puro haud melius se habent; sed e contra novationibus gravibus plerumque afficiuntur. Habitus in situ novo minus salubus, aptius alio quam stimulo assueto (miasmati) absenti, fertur. Ipsa leges quae febrium idiopathicarum diuturnitati metas ponunt, hic adhibita Paradoxon solvent. Repugnantia actionum duarum, aut vis vitae superior sub aere salubri facta, incitamentum seditionis stat recens, siquidem "mutatio quae basi craseos ingenitae acciderat", rursus mutationem subire cogitur.!

Hanc rem ad exitum producemus breviter repetendo quaedam ejus capita, quae majoris momenti sunt, quia mentes super his varias eos qui Medicinam exercent multum impellunt. Primo facere non possumus quin

credamus febres idiopathicas aliquando esse, quia symptomata febrium, quæ ab initio haud aperte sunt morbo locali implicata, atque ea quæ phlogosis esse solent, inter se quam maxime differunt.

De usu Emeticorum.

Utilitas Emeticorum initio febris et eorum impotentia hanc sub finem restinguere, febres omnes esse stomachi impressi symptomaticas nonnullis demonstrare videtur. Bancroft (de febribus) causam febris unquam per vomitionem rejici negat. Quicquid de morbo ad quem ~~ad quem~~ cognoscendum tam attente incubuit, vir talis dicit, pene staret ratum. Emetica, fatemur, utilia esse possunt, vel ventrem liberando ingestis secretionibusve noxiis, aut excitando musculos quorum contractio viscera intima vacide comprimat, id quod vim vitæ auget, et fortius quidem horrore sanguinem cessantem

propellit. Solummodo sic aliquid efficiunt, quod actionem morbidam superet, vel sic loqui quod tempus algoris abrumpat. Usus eorum alibi fuerit incassum quaesitus. Cur emetica minus prodesse soleant morbo, tempore, firmato, minime intelligere difficile est. Perpauci ignorant quam multo magis in proclivi est, hostem a portis repellere quam eundem arce potitum ex urbe ejicere. Haud secus quisque deinceps accessus, opibus, quibus cum certamen est, debilitandis, magis adhuc corpus sub potestatem morbi rediget.

Ventriculum ciere, deditâ operâ ut causa morbi ejiciatur, eque saluti ac sanguinem emittere, aut purgare confert; quorum hoc Fordyce instat febrim revocasse, postquam aliis fugata remediis fuit (fuerat) et illud ad paroxysmos morbi procucendum, ac crises minus absolutas reddendum pertine-

re. Quamobrem tandem? Aperte quia Cathar-
se ipsâ, ex impressione morbifica nascente
corpori hujus actionem unà cum morbo fe-
rendum est. Venaesectio per directe abstra-
hendum, vim vitae minuit, et ita plane
videtur apta morbi paroxysmos producendo
crisesque minus absolutas redendo.

Si alvus officii immemor fuerit utile est ut
commode purgetur. Vis reactionis venaesectio-
nem ipsam exigat, et deplere sanguinem qui-
dem sit valde necessarium, illis imprimis
quibus, per conformationem aut mores vitae su-
perioris, viscera quaedam debilia sunt, ut ma-
lum a vitalibus avocetur. Febri intermitten-
ti fere anteit quid morbi levis, quod, cuidam or-
gano insidendo, hujusce visceris paulatim, atque
exinde corporis totius subruit. Pars ita labefac-
ta haud facere potest quin actioni, quam multo
diutius, rebus aliter stantibus, impune pateretur,

cedat. Spatium sæpe a primo febris aggressu ad certa signa ejusdem non omnia æque afficientis, causa stetit, cur febres Idiopathicas nomine tantum existere quidam autumârunt. Sed cum febribus rebus sic habentibus nihil nobis est. Inter hanc rem tractandam duce usi sumus symptomatibus quæ maxime nota sunt, iis haud declinati quæ anomala appellantur.

Turbæ febrili in oculum coactæ, aut in Apostema evadenti, vox ista anomala male nomen inditum est - id, quod minime abnorme, prava ratione anomalum dicitur. Sed si, ut alii volunt, corpusculum venenosum per Œsophagum descendens stomacho immittatur, et ab puncto uno visceris hujusce impresso initium grassandi capit, hinc ad oculum idem toxicum transferre, est pensum quod nos saltem peragere nequimus.

